



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis in genere; de Baptismo, de Confirmatione, Eucharistia, Sacrificio Missæ; Constitutionem Innocentii XII. super celebratione Missarum, variaque alia decreta

Genet, François

Parisiis, 1703

Q. 18. Quare traditur vestis candida baptizato?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40834

De Sacram. Baptismi. Cap. VII. 101
crediderit & baptizatus fuerit, salvus erit:
Hoc est, requiritur fides ad recipiendam Bap-
tismi gratiam, ut explicuimus cap. 6.

*Quæst. 16. Quare petitur à puerō, velit-ne
baptizari?*

*Resp. Quia consensus eorum, qui baptizari
debent requiritur in adultis ut cap. 6. exposui-
mus, ubi de conditionibus necessariis in adulto
baptizando egimus.*

*Quæst. 17. Quid significat unctio in ver-
tice capitis, quæ sit cum sacro Chrismate post
Baptismum?*

*Resp. Postquam ascenderit baptizatus de Can. Postquæ.
fonte, ut dicitur in Canone, statim signatur De Consecr.
in cerebro à Presbytero cum sacro Chrismate,
sequente simul & oratione, ut regni Christi
particeps fiat, & à Christo Christianus possit
vocari.*

*Et ut ait sanctus Carolus: Inungitur præ- S. Carol. Act.
terea à Parocho in vertice sacro Chrismate, p. 4. De Cerem.
ut intelligat se ab eo die Christo capiti tan- que peracto
quam membrum conjunctum esse, atque ejus Baptismo ser-
corpori insitum, & ea re Christianum à van. ur.
Christo, Christum verò à Chrismate appellari.*

*Quæst. 18. Quare traditur vestis candida
baptizato?*

*Resp. Post Baptismum traditur Christiano Can. Post Bap-
vestis candida, ut dicitur in Canone, desig- tis. De Con-
nans innocentiam & puritatem Christianam,
quàm post ablutas veteres maculas, studio
sancta conversationis immaculatam servare
debet, representandam ante tribunal Christi:
euncti verò renati albis induuntur vestibus ad
mysterium resurgentis Ecclesie. Utuntur ergo
baptizati albis vestibus, ut quorum prima na-
tivitatis faciem vetusti erroris pannus f. scra-
verat, habitus secunda generationis gloria*

E iij

102 TRACTATUS II.

Ibid. verbo. *P* intelligat. *p*raferat indumentum. Tegitur enim post sa-
cram unctionem caput ejus mystico velamine, ut intelligat se diadematate regni & sacerdota-
li dignitate potiri. Quia ut ait Glossa; Quili-
bet fidelis rex debet esse & sacerdos: Rex,
quia se & alios virtutibus regere debet: Sa-
cerdos, quia cor contritum & humiliatum,
quod est vera oblatio, id est, se debet offerre
Deo.

Quast. 19. Quid significat cereus accensus,
qui traditur baptizato, aut ejus Patrino?

S. Carol. De Ceremon. que präcepto Bap- tis. servantur. Act. p. 4. *R*esp. Traditur demum, ut ait sanctus Ca-
rolus, baptizato in manum cereus ardens;
quo cereo significantur tres Theologicae virtu-
tes, quæ ipsi in hoc Sacramento infunduntur,
Fides in lumine, Charitas in calore, spes in
cerei recta altitudine, quæ sursum ascendit, ut
spes nostra ad cœlos usque excitetur atque eri-
gatur. Id præterea quod Baptismo nobis fit
communicatio lucis, & depulso tenebrarum:
ob eamque causam Baptismus Sacramentum
illuminationis, & baptizati ii quidem illu-
minati à Patribus dicuntur.

CAPUT VIII.

De suscipientibus, vulgo Patrinis.

Quast. 1. **Q**UARE Ecclesia requirit Pa-
trinos, qui puerum in Baptis-
mo suscipient?

Cin. Vos ante. De Consecr. dist. 4. *R*esp. Ut pro puerō fidem profiteantur, ut
ejus nomine promittant, illum fideliter obser-
vaturum, quod promittit. *Vos ante omnia,*
inquit sanctus Augustinus relatus in Canone,
iam mulieres quam viros qui filios in Baptis-
mo suscepistis moneo, ut vos cognoscatis fide-